HIERONYMUS
um 836/859 Seite 121r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

sceptra aegypti id est omne regiū genus, cūq;
potentia eius interfectis principibus defece
rit tunc nigrescet dies & caliginis ac tenebrarū
omnia complebuntur ita ut ipsa urbs operiat
nube maeroris ac luctus & filiae eius id est op
pida reliqua ducantur in captiuitatem · ut
post quam fecero iudicia in aegypto & me cunc
tis iudicem demonstraro · Tunc sciant aegyp
tii quo ego sim dnī; haec quasi paruolis elementa
descripsimus ut plitteras syllabas ac nomina
uerborū que contextū possint ad lectionem
prosae uel carminis peruenire; nunc ad gre
diamur tropologiam & latissimū disputatio
nis pelagus breui quasi picturae tabula demon
stremus, sermo dnī quiescat semp in patre fac
tus · ē · ad prophetam & ion uocat eum nequaquā
nomine suo sed filiū hominis quo in scripturis
scis in bonam partem semp accipitur dum
taxat numero singulari ut in hoc eodem pro
phēta & in daniele & in euangelio alioquin
plurali numero in contrariū legitur ut est illud
filii hominū dentes eorū arma & sagittae
& lingua eorū gladius acutus; & rursum ·